



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLV. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekundet eine Stiftung des Priesters
Bernhard, am 18. Oktober 1296.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

nostri appensione roborari. Sunt igitur hujus rei testes Dominus Boldewinus de Knefebeke, Dominus Johannes de Chartowe, Bodo, Sifridus et Conradus de Wallstove, Ericus et Johannes de Crucemann et plures alii fide digni. Datum Soltwedele, Anno Domini MCCLXXXV., in vigilia assumptionis Marie.

Nach Lenz Br. Urf. 908, 909.

XLV. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet eine Stiftung des Priesters Bernhard, am 18. Oktober 1296.

Nos Johannes georgij, Cristianus apud fontem, Johannes de Thuriz, Thidemannus de kerowe, wolterus sartor, Johannes de Luchowe, Albertus de Brewitz, Johannes hartwici, Thidekinus godescalci, Hermannus bormester, Johannes de mechowe, Thethardus felige, Consules Veteris Civitatis Saltwedele, recognoscimus et publice protestamur, quod dominus Bernardus, sacerdos, dedit et resignavit secundum Jus et ritum Civitatis Duas marcas denariorum, quas habet in annuo censu, dicto wordtins, in Bochorninge, vnam marcam prouisoribus ecclesie sancte Marie, scilicet Johanni, filio domini georgij, et Johanni, filio domine Hel. apud fontem, ad usus dicte ecclesie sancte Marie, alteram marcam Elyzabeth, ancille sue, ad tempora uite ejus et in agris fraternitatis, videlicet Henrico de thuriz et Johanni stofekino, que dicta secunda marca post obitum dicte Elizabeth convertenda est ad Elemosinam, dictam Spende, que danda est singulis annis de Fraternitate antedicta, vna vero marca convertenda est quolibet Anno in Cereum Paschalem ecclesie memorate. Prefatas autem duas marcas dominus Bernardus uite sue temporibus possidebit, sed post ipsius decessum in usus prehabitos convertentur. Quod presentibus sigillo nostre civitatis insignitis evidenter duximus protestandum, Datum anno domini M^o. CC^o. XCVI^o., In die Luce ewangeliste.

Nach dem Originale im Salzwed. Archive XXV, 5.

XLVI. Bischof Conrad von Verden fügt eine von Peter von Holdenstedt der Hospitalkirche zu Perwer bei Salzwedel geschenkte Hausstelle der Ausstattung dieser Kirche hinzu, am 3. Januar 1297.

Nos Conradus, dei gratia Verdenfis ecclesie Episcopus, in notitiam uniuersorum, ad quos presens pagina peruenerit, volumus deuenire, quod ecclesiam majorem infirmorum, scilicet leproforum, in Perwer, juxta Saltwedele, area soluente annuatim talentum denariorum, apud cimiterium dicte ecclesie sita, quam petrus de holdenstede eidem ecclesie amore dominico erogauit, ad piam instantiam domini lamberti, sacerdotis, cui dicta ecclesia collata est officienda, dotaliter inuestimus, pro qua area idem dominus lambertus et sui successores post ipsum in prefata ecclesia qualibet in septimana vnam missam de domina nostra et vnam missam cantabunt fidelibus pro defunctis, ad quos eosdem sacerdotel, si negligentes in hoc fuerint, quod ablit, Consules

Hauptst. I. Bb. XIV.